Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



29 reg

170

to vir fortis: et pugnemus
pro populo meo et ciuitate dei
mei. Dnus aut faciet qd bonum
est in conspectu suo. Iuxt itaq;
ioab: et populus qui erat cum
eo cominus contra syros: qui
statim fugerunt a facie eius.
filij autem ammon videntes
q fugisset syri. fugerunt et ipsi
a facie abisai: et ingressi sunt
ciuitatem. Reuersusq; est ioab
a filijs ammon. et venit hierusalem.
f videntes igit filij ammon: quoq;
syrus expauit. et quoq; conuersus
sunt contra israhel: congregatis
sunt pariter. Adiecitq; adadezer
et educit syros qui erant trans
flumen: et adduxit eorum exercitus. Sobach autem magister
militiae adadezer erat princeps
eorum. Cum aut nunciatum esset
dauid congregauit omnem israhelem: et transiit iordanem. Venitq;
in helam et direxerunt
aciem syri ex aduersus dauid
g et pugnauerunt contra eum.
fugerunt q; syri a facie israhel
et occidit dauid de syris septingentos curruum et quadraginta
milia equitum. et sobach principem militiae percussit: qui statim mortuus est. Videntes aut
omnes reges qui erant in seruitio
adadezer se victos ab israhel
expauerunt et fugerunt quos
mita et octo milia coram israhel
et fecerunt pacem cum israhel et seruierunt eis timuerunt q; syri
auxilium ferre filijs ammon
α Factum est autem. XI
Vertente anno eo tempore
quo solent reges ad bella
procedere misit dauid ioab
et seruos suos cum eo et omnem
israhel: et vastauerunt
filios ammon et obsederunt
rabba. Dauid aut remansit in
hierusalem. cum hec agerentur. accidit quadam die ut surgeret
dauid de stratu suo post meridiem: et deambularet in solario
domus regis. Viditq; mulierem se lauantem ex aduerso
super solarium suum. erat aut mulier pulcra valde aspectu eius
rex: et requisiuit que esset mulier. b Nunciatumq; est ei q ipsa
esset bethsabee: filia helliam
vxor vrie etthei. Misitq; itaq;
dauid nuncios et tulit eam: q
cum ingressa esset ad illum: dormiuit cum ea. Statimq; sanctificata est ab immundicia sua et
reuersa est in domum suam. Concepitq; autem mulier
et nunciauit dauid. et ait. Concepi: dixit aut
dauid ad ioab dicens. mitte
ad me vriam ethei. dixitq;
ioab vriam ad dauid. et venit
vrias ad dauid. Cumq; interrogasset dauid. quomodo agerent ioab et populus: et quomodo administraretur
bellum. et dixit dauid ad vriam
vade in domum tuam: et lauabis pedes tuos. et egressus est vrias
de domo regis: sequutusq; eum
cibus regius. Dormiuit aut
vrias ante portam domus regis
cum alijs seruis domini sui et non
descendit in domum suam. Nunciatumq; est dauid a dicentibus
vriam vrias in domum suam. et ait
dauid ad vriam. Nonne quid nos
de via longinqua venisti. Cur
ergo non descendisti in domum tuam
et ait vrias ad dauid. Arca
dei israel et israel et iuda habitant in tabernaculis: et dominus meus
ioab et seruus domini mei super
faciem terre manent: et ego
ingrediar domum meam: ut co-